Arrest

Du parlement de paris

Qui deboute Jean de La fontaine essayeur de la monnoye de la Rochelle de l'appel par luy interjetté d'une sentence des generaux des monnoyes qui Enterine des lettres dudit office d'Essayeur en faveur du Sieur Mishel Brun

Du 17. Janvier 1428

Cum lis mota fuisset coram delictis et fidelibus nostris monetarum nostrarum generalibus magistris inter Michalem Brun dictum verdelet ex una parte et Joannem de fonte seniorem deffensorem et opponentem ex parte altera ratione officij

Templatoris monetæ nostræ de rupella quod
officium tunc per dictum deffensorem detemptum
dicto Michaeli preceptus litteras nostras dona
veramus et per easdem litteras ex causis ibidem
narratis ipsum michaelem a dictis generalibus
magistris in dicti officii possessione et Sensina
poni et institui mandaveramus ipsarum quæ —
litterarum verificationem integrationem dictus —
michael Coram dictis generalibus magistris peciérat
et adverso dictus joannes Copposuerat demum —
dictis partibus cum procuratore nostro pro nobis — —
Super præmissis etiam super non nullis defectibus
per dictum Joannem de fonte seu pro parte sua
in dicto templatoris officio ut dicebatur commissis
præfati generales Magistri per eorum Sententiam
dictum Joannem de fonte ad faciendum et —
Exercendum dictum officium inhabilem et — —
jndignum declarassent et expulissent vlterius
quod ad verificationem et jntegrationem — —
litterarum nostrarum per dictum michaelem —
Brun Super dono dicti officii templatoris vt
dictum est obtentarum procederent declarando

dictu que de fonte pro defectibus per eum in dicto officio Commissis in emenda arbitraria erga nos Condemnando Expensis partium hinc inde Compensatis a qua quidem sententia dictus Joannes de fonte ad nostram parlamenti Curiam appellasset et antequam dicta Sententia daretur eo quod sibi personaliter arrestato dicte generales Magistri de claryamento providere denegaverunt appellasse diceretur et huius modo appellationes virtute seu medio certarum litterarum nostrarum per quas ipsum joannem a revocatione ipsius per eux certis modis nobis expositis ut dicebat facta revelari et ad prosequendum easdem appellationes admitti mandamus revellasset et prosecutus fuisset pre factus que Michael Brun qui praetextu verificationis dictarum doni Litterarum per dictos generales monetarum magistros concesse dicto officio positus et institutus fuerat quod dictus joannes de fonte in prejudicium dicte sua appellationis factum fuisse dicebas a Joanne Bale Serviente nostro Executore

Litterarum ad Jornamenti in Casu appellationis per dictum de fonte sub forma Consueta jmpetrarum jd quod factum in prajudicium dictæ appellationis reparare volente appellationem fecisset et super ea revelata ut in oppositionem mutaretur Litteras a nobis obtentas dictæ nostræ Curiæ presentasset.

Auditis igitur in Curia nostra partibus ante dictis super Causis appellationum prædictarum ac Super excessibus et attemptatis qui et quæ jntervenisse dicebantur et aliis que Circa prædictam dictæ partes dicere preponere at requirer et petere voluerunt viso que processu inter dictas partes tam Coram dictis generalibus monetarum magistris quam deinde in dicta notra Curia agitato penes dictam Curiam vt fieret jus an bene vel male fuisset appellatum tradito et Concluso et Consideratis omnibus quo dictam nostram curiam in hac parte movere poterant ac debebant per arrestum dictæ nostræ Curiæ dictum fuit

jn quantum dictus Joannes a predictis generalibus
Magistris monetarum appellans erat dictos
generales Magistros bene judicasse et dictum
joannes male appelasse et Emendabit appellans
vna aemenda, emendam illam arbitrariam in
qua erga nos per sententiam predictam fuerat
Condemnatus ad summam quadraginta —
Librarum parisientium taxando in quantum
vero dictus Michael Brun appellans extitebat
saepe dicta Curia nostra ipsum male appellasse
quod idem appellans emendabit declaravit et
declarat expensis hinc et jnde Compensatis